

ille videatur quod tamen multo peius est adhuc  
multo plures sunt qui ab illo malleo quotidie  
confringuntur quam illi qui de ruine collisione illius  
liberentur. Unde iterum atque iterum rogo ut  
diligentius consideremus et quantum possumus tenea-  
mus illud quod dominus in euangelio dicit. Qui vi-  
derit mulierem ad concupiscendam eam. Pro qua  
re sicut iam dictum est non solum ab extraneis mu-  
lieribus. sed etiam a vicinis et domesticis et ancillis  
nostris refrenanda est etiam familiaritas et oculorum  
incauta fragilitas. Ne illud eveniat nobis quod  
dominus per prophetam terribiliter clamat dicens. Mors  
intrauit in auras vestras per fenestras. Ne enim illis  
per quos per visum oculorum et auditum aurium. Si per lin-  
guam tuam amico tuo aut famulo tuo iusseris  
ut ad te meretricem adducat aut turpe cum meretri-  
ce fueris locutus per os tuum ad auras tuas gladius est  
ne mortis ingreditur. Si autem malum est sordidum  
consilium. Si detrahentem aut luxuriose loquen-  
tem aut cantica turpia proferentem non re-  
spicis per aurium tuarum fenestras mors intrat  
in animam tuam. Et quia dominus dicit. Qui  
viderit mulierem eam. Voluntas prona faciendi  
reputatur pro opere facti. Aut fit dum aliquis mu-  
lierem libenter libidinoso oculo consideat per fenestras  
corporis sui in secreta mentis venenum mortis instil-  
lat. Talis enim cogitatio estiam si aliquando impediat